

Lambardi, Girolamo (Hieronymus). *Antiphonarium vespertinum dierum festorum totius anni . . . tertia pars . . .* Venezia, Caenobio Sancti Spiritus. 1597. RISM L366.

Title:

ANTIPHONARIVM
VESPERTINVM
DIERV M FESTORVM TOTIVS ANNI
iuxta ritum Romani Breuiarij iussu Pij V. reformati,
nunc nuper pulcherrimis contrapuntis
exornatum atque auctum.
A REVERENDO D. HIERONYMO
LAMBARDO
Canonico Regulari sancti Spiritus prope Venetias.
IN TRES PARTES DISTRIBVTVM
quarum vna complectitur dies festos domini, altera
Proprium sanctorum, tertia Commune.
TERTIA PARS.
CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA SVPERIORVM.

[Woocut of seated Madonna surrounded by twelve disciples and dove of Holy Spirit overhead]
Impressum in Cænobio Sancti Spiritus prope Venetias.

M. D. X C V I I.

Index Tertia Pars:

INDEX EORVM, QVÆ IN HOC
VOLVMINE CONTINENTVR.
[orn.]

In Communi Apostolorum, in primis vesperis.
in secundis vesperis.

In Communi vnus Martyris, in vtrisque vesperis.

In Communi Martyrum tempore Paschali, in vtrisque vesperis.

In Communi plurimorum martyrum, in primis vesperis.
in secundis vesperis.

In Communi Confessorum pontificum, in vtrisque vesperis.

In Communi confessorum non pontificum, in vtrisque vesperis.

In Communi Virginum, in vtrisque vesperis.

In Communi Mulierum sanctarum, in vtrisque vesperis.

In Dedicatione Templi, in vtrisque vesperis.

[orn.]

Contents Tertia Pars:

In Communi Apostolorum. In Primis Vesperis.

Hoc est præceptum meum. Vt diligatis invicem sicut dilexi vos.
 Maiorem charitatem: Nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.
 Vos amici mei estis: Si feceritis quæ præcipio vobis dicit dominus.
 Beati pacifici: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
 In patientia vestra: Possidebitis animas vestras.
Ad Magnificat. Tradent enim vos: In consilijs et in synagogis suis flagellabunt vos et ante reges et præfides ducemini propter me in testimonium illis et gentibus.

In Communi Apostolorum. In Secundis Vesperis.

Iuravit dominus: Et non pænitebit eum tu es sacerdos in eternum.
 Collocet eum dominus: Cum principibus populi sui.
 Dirupisti Domine: uincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis.
 Euntes: Ibant et flebant mittentes femina sua.
 Confortatus est: Principatus eorum et honorati sunt amici tui Deus.
 Estote fortes in bello: Et pugna tecum anti quo serpente et accipietis regnum æternum
 haleluiah.

In Communi unius martyris. In utriusque Vesperis.

Qui me confessus fuerit: Coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo.
 Qui sequitur me: Non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitæ dicit dominus.
 Qui mihi ministrat: me sequatur et ubi ego sum illic sit et minister meus.
 Si quis mihi ministraverit: Honorificabit eum pater meus qui est in cælis dicit dominus.
 Volo pater: Vt ubi ego sum illic sit et minister meus.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Ille sanctus: Pro lege Dei sui certavit usque ad mortem
 et a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat super firmam petram.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Qui vult venire post me: Abneget semetipsum et
 tollat crucem suam & sequatur me.

In Com. marty. Tempore Paschali In utriusque Vesperis.

Sancti tui domine: Florebunt sicut liliam alleluia Et sicut odor balsami erunt ante te
 alleluia.
 In cælestibus regnis: Sanctorum habitatio est alleluia et in æternum requies eorum
 alleluia.
 In velamento Clamabunt sancti tui domine alleluia.
 Spiritus: Et animæ iustorum hymnum dicite Deo nostro alleluia.
 Fulgebunt iusti: Sicut Sol in conspectu Dei alleluia.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Lux perpetua: Lucebit sanctis tuis domine et æternitas
 temporum alleluia.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Sancti et iusti: In domino gaudete alleluia uos elegit
 Deus in hæreditatem sibi alleluia.

In Communi Plurimorum martyrum In Primis Vesperis.

Omnes sancti: quanta palli sunt tormenta vt securi peruenirent ad palmam martyrij.

Cum palma: Ad regna peruenerunt sancti coronas decoris meruerunt de manu Dei.

Corpora sanctorum: In pace sepulta sunt et viuunt nomina eorum in æternum.

Martires domini Dominum benedicite in æternum.

Martyrum chorus: Laudate dominum de cælis alleluia.

Ad Magnificat. Istorum est enim: Regnum cælorum qui contempserunt vitam mundi et peruenerunt ad præmia regni et lauerunt stolas suas in sanguine agni.

In Communi Plurimorum martyrum In Secundis Vesperis.

Isti sunt sancti: Qui pro te stamento Dei sua corpora tradiderunt et in sanguine agni lauerunt stolas suas.

Sancti per fidem: Vicerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones.

Sanctorum velut aquilæ: Iuuentus renouabitur flore bunt sicut lilium in ciuitate domini.

Absterget Deus: Omnem lacrymam ab oculis sanctorum et iam non erit amplius neque luctus neque clamor sed vllus dolor quoniam priora transferunt.

In cælestibus regnis: Sanctorum habitatio et in æternum requies eorum.

Ad Magnificat. Gaudent in cælis: Animæ sanctorum qui Christi vestigia sunt secuti et quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt ideo cum Christo exultant sine fine.

In Communi Confessorum Pontificum. In Vtrisque Vesperis.

Ecce sacerdos magnus: Qui in diebus suis placuit Deo et inuentus est iustus.

Non est inuentus: Similis illi qui conseruaret legem excelsi.

Ideo: Iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam.

Sacerdotes Dei: Benedicite dominum serui domini hymnun dicite Deo alleluia.

Serue bone: Et fidelis intra in gaudium domini tui.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Sacerdos et pontifex: Et virtutum opifex pastor bone in populo ora pro nobis dominum.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Amauit eum Dominus: Et ornauit eum stolam gloriæ inuit eum et ad portas paradiso coronauit eum.

In Communi Summi Potificis. [sic] In Secundis Vesperis.

Ad Magnificat. Dum esset summus pontifex: Terrena non metuit sed ad cælestia regna gloriofus migravit.

In Communi Doctorum. In Vtrisque Vesperis.

Ad Magnificat. O Doctor optime: Ecclesiæ sancte lumen beatæ N. diuinæ legis amator deprecare pro nobis filium Dei.

In Communi Confessorum non Pontificum In Vtrisque Vesperis.

Domine: Quinque talenta tradidisti mihi ecce alia quinque super lucratus sum.

Euge ferue bone: In modico fidelis intra in gaudium domini tui.
 Fidelis feruus: Et prudens quæ constituit dominus super familiam suam.
 Beatus ille feruus; Quem cum venerit dominus eius et pulsauerit ianuam et inuenerit eum
 vigilantem.
 Serue bone: Et fidelis intra in gaudium domini tui.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Similabo eum: Viro sapienti qui ædificauit domum
 suam supra petram.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Hic vir despiciens mundum: Et terrena triumphans
 Diuitias cælo condidit ore manu.

In Communi Virginum. In Vtrisque Vesperis.

Haec est virgo sapiens: Et vna de numero prudentum.
 Haec est virgo sapiens: Quam dominus vigilantem inuenit.
 Haec est quæ nesciuit: Torum in delicto habebit fructum in respectione animarum
 sanctarum.
 Veni electa mea: Et ponam in te thronum meum alleluia.
 Ita est speciosa: Inter filias Ierusalem.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Veni sponsa Christi: Accipe coronam quam tibi
 dominus præparauit in æternum.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Veni sponsa Christi: Accipe coronam quam tibi
 Dominus præparauit in æternum.
 Pro pluribus: in vtrisque vespere: Prudentes virgines: Aptate uestras lampades ecce
 sponsus venit exite ob uiam ei.

In Communi Mulierum Sanctarum In Vtrisque Vesperis.

Dum esset rex: In accubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis.
 In odorem: Unguentorum tuorum currimus adolescentulæ dilexerunt te nimis.
 Iam hiems tran: Imber abiit et recessit surge amica mea et veni.
 Veni electa mea: Et ponam in te thronum meum alleluia.
 Ita est speciosa: Inter filias Ierusalem.

In Dedicatione Templi. In Vtrisque Vesperis.

Domum tuam domine: Decet sanctitudo in longitudine dierum.
 Domus mea: Domus orationis vocabitur.
 Haec est domus domini: Firmiter ædificata bene fundata est supra firmam petram.
 Bene fundata est: Domus domini supra firmam petram.
 Lapides pretiosi: Omnes muri tui et turre Ierusalem gemmis ædificabuntur.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Sanctificauit: Dominus tabernaculum suum quia hæc
 est domus Dei in qua inuocabitur nomen eius de quo scriptum est Et erit nomen meum
 ibi dicit dominus.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Quam metuendus est locus iste: Vere non est hic
 aliud nisi domus Dei et porta cæli.

Choirbook:

TERTIA PARS. A-G⁶ 84pp. (42 folios). No Dedication. Index.

Remarks:

Secondo format. Copy consulted: **D**-Mbs (microfilm). RISM L366.